



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 144. S. Francisci de Paula obitus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul. XVI.  
A C. 1507.

postea Pio III, Julius II. qui eidem paulo post successit, Pallavicinum Cardinalem gravissimis adhibuit negotiis, ac Savonensi Legationi præfecit, ubi Ludovicus XII. & Ferdinandus habito colloquio foedus contra Venetos ad Pontificis vota sanxerunt; equidem Cardinalis Legatus redire festinabat, ut Legationis suæ successum ipse summo Pontifici referret, verum sub finem Mensis Augusti Anno Domini millesimo quingentesimo septimo Romam perveniens, morbo correptus, die decima Septembris animam exalavit, annos natus sexaginta sex.

## §. CXLIV.

*S. Francisci de Paula obitus.*

*Baillet. vit.*  
*Sanct. tom. I*  
*in fol. ad 2.*  
*April.*

Eodem hoc anno luxit Ecclesia extinctum beatum Franciscum de Paula  
Fra-

cinum ejus Nepotem scriptum fuisse; sic enim sonat:

Genua cui Patrem, genitricem Græcia, par-  
tum

Pontus & unda dedit, hic bonus esse  
potest?

Vani sunt Ligures, mendax est Græcia, Pontus  
Nulla fides. Hæ tu singula solus habes  
certum autem est Antonii Matrem non Græcam  
mulierem, sed Peregrinam Salvagiam, nobilem  
Genuensem fuisse.

Fratrum Minimorum Institutorem, qui die Sæcul. XVI.  
 secunda Aprilis in conventu suo Pleffiaci A. C. 1507.  
 prope Turones in Galliis anno ætatis suæ Raynald. ad  
 nonagesimo primo e vita migravit. Hic ann. 1507.  
 cum mortis suæ præsciis esset, omnem n. 25.  
 Medicorum opem ad depellendum mor- Spond. ib.  
 bum adhibere recusabat; hanc enim si- n. 7.  
 bi inutilem, ac æternæ mentis consilio Bolland.  
 adversam esse persuasum habebat. Igi- Papebr. 1  
 tur, postquam Fratres suos ad mutuam Commin. l. 6.  
 charitatem, regulæ observantiam, & præ- c. 7.  
 cipue perpetuam abstinentiam etiam a  
 cibis, quibus alias in jejunio verno vesci  
 licet, adhortatus esset, ad Ecclesiam  
 deferri voluit, ubi nudis pedibus, funem  
 e collo gestans, sacram Synaxin recepit,  
 ac altera die, quæ erat Parasceves, ani-  
 mam Deo reddidit. Ceterum Philippus  
 Comminæus hallucinatus est, dum san-  
 ctum hunc Virum tunc non nisi quadra-  
 ginta tres annos natum refert, quando  
 Anno Domini millesimo quadringentesi-  
 mo octogesimo secundo regnante Ludo-  
 vico XI. in Gallias pervenit, unde inferre  
 oporteret illum nonnisi sexagesimo octavo  
 ætatis suæ anno obiisse, cum tamen P.  
 Giry ejusdem Ordinis Alumnus in qua-  
 dam dissertatione hujus opinionis erro-  
 rem adeo manifeste detexerit, ut Conti-  
 nuatores Bollandi, qui primo huic sen-  
 tentiæ adhæserunt, postea hujus Mo-  
 nachi judicio suffragarentur.

*Giry dissert.  
Chronol.*



Sæcul. XVI.

A.C. 1507.

Cum vero ejus vita Sanctitatis eminentia, ac miraculorum gloria, quæ Deus ad illius sepulcrum operatus est, ubique percelebris esset, hinc Galli, atque Itali hunc Virum Sanctorum fastis adscribi efflagitarunt, jamque sub auspiciis Julii II. & Ludovici XII. de virtutibus ejus, atque miraculis testes rite interrogari, ac publicæ tabulæ confici cæperant; nihilominus nonnisi Anno Christi millesimo quingentesimo decimo nono sub Pontificatu Leonis X. in Sanctorum numerum adlectus est. Ejus Reliquias in Ecclesia Pleffiacensi usque ad annum millesimum quingentesimum sexagesimum secundum pretiosissime conservatas, Calvinistæ ea qua illorum odium erga Catholicam fidem luculenter proderetur, impietate combusserunt, quippe Sancti Francisci corpus ex sepulcro, ubi adhuc integrum asservabatur, extractum, in habitu suo, quo erat vestitum, ad quoddam cubile raptarunt, ibique igne ex concussis cujusdam imaginis Christi in Cruce pendentis lignis constructo concremarunt. Ceterum Fratres Minimi ejus hujus Sancti potissimam partem e flammis erepta fuisse contendunt.



INDEX